



Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

III. Quid faciam, cùm surrexerit ad judicandum Deus, & cùm quæsierit,
quid respondebo illi? Iob. 31. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

35. III. DIE MARTI.

illam maximè defendunt, quia in his primi franguntur impetus inimici, qui plerūque magiore deserviunt furore: Nisi tu feceris opera gratuita, quibus impugnandis Orcus vires suas consumat prius, quām aggrediatur debita, atq; est. O quām facile poterit tu!

4. Considera neque sic te fore robustum, si aquiescas operibus indebitis, quae facis. Semper aspirare oportet

ad majora. *Cogitationes robusti semper in abundantia.* Si jam sis patientis, inspirandum tibi est ad patientiam magis invictam: si humilis, ad humilitatem magis profundam: si obediens, ad obedientiam magis exactam: & sic deinceps. Nisi in exercitio virtutum collimes ad sumum, semper infra scopū descendes. *Estate perfecti, sicut & Pater vester Christus perfectus est.*

III.

Quid faciam, cū surrexerit ad judicandum DEUS, & cām quereris, quid respondebo illi? Iob. 31. 14.

1. Considera illum ipsum Domum, qui nunc sedet ad dextram Patris, ut fungatur manere Advocati, quamprimum surrectum, ut occurrat tibi jam non Advocatus sed Judex. Quid igitur de te fieri, miser, amissus vel hoc solo patrocinio? Ideo non dicitur: *quid faciam, cūm veneris ad judicandum DEUS*, sed, *cūm surrexerit*, ut tanto majorem incutiat terrem. Omne bonum, quo modō frueris, inde oritur, quia JESUS pro te agit Advocatum. *Advocatum habemus apud Patrem & ESUM Christum infirmum.* 1. Jo. 2. 1. Hinc res conditae plus tibi deferuntur, quām mereris. Hinc terra pro eo, quod sub pedibus dehiscat, non modō te sufficiat, sed nutrit. Hinc aë & aqua famulatur. Hinc ignis, in quo jam scelerata tua plectenda essent, tuis obsequijs se inclinat. At in illo extremo die deponet JESUS officium tam pium. Unde

tibi cogitandum relinquo, quādlibet præda futurus sis omnibus, quin te laevissima quæque decernerent. Ita tamen parum esset solum perdere ultimū Advocatum. Quod pejus est, Advocatus in Judicem transibit, quo nihil funestius Reo possit accidere.

2. Considera, quid igitur facturus sis, cum hoc Domino, *cūm surrexerit ad judicandum.* Eritne consilium, quō te vertas: quando cum Judiceres es, à quo non detur appellatio, delinquenti aliud non suppetit, quām unum ex his quatuor, nempe vel decipere judicem, vel corrumpere, vel effugere, vel placare. Quid igitur Christo facies: an decipies: an DEUM esse noveris: *cūm surrexerit ad judicandum DEUS.* Si DEUS est: quomodo deceptioni obnoxius esse poterit? Numquid DEUS decipietur, ut homo, vestris fraudulentijs? Job. 13. 9.

Quid

III. D I E M A R T I I.

31

Quid facies? an corrumpes? at novem
ris esse iustum: DEVS Iudex iustus.
Non est igitur, ut humani Judices,
acceptor personarum vel munerum.
Non personarum, quia Pater est omni-
um. Sic timor Domini vobisum: non
est enim apud Dominum D E V M no-
strum iniquitas, nec personarum ac-
ceptio, nec cupido munerum. 2. Pat. 19. 7.
Quid facies? an effugies? at noveris
esse fortis: DEVS Iudex fortis. Non
est periculum, ne brachio suo te non
comprehendar, si vel inter stellas te
abducatur. Si inter sidera posueris ni-
dem tuum, inde de rraham te, dicit Do-
minus. Abd. 4. Et si te comprehen-
derit; an putas fieri posse, ut iterum
amittat? Tenobit pradam, & amplexa-
bitur, & non erit, qui eruat. Is. 5. 29.
An igitur saltu placabis? ne hoc spe-
res. DEVS Iudex patiens. Scilicet,
qui sunt Judices, qui placantur? qui
furore, non qui ratione moventur.
Ita est, nunquam isti turbantur, sunt
placidi, sunt tranquilli, sed idcirco
etiam magis inexorabiles. Et talem
omnino esse tuum Iudicem existima.
Iudex patiens. Non est iracundus,
non colericus: namquid irascitur per
singulos dies? si demum punxit, non im-
petu movetur, sed summa ratione,
quod an non sit tremendum, tu judica.
Accedit, quod idem ipse sit, qui in re
tolerando usus est patientia indefessa,
& idcirco, cum is ira locum dederit,
non est spes venia. Quocumque
igitur revertas, iterum iterumque co-
gita, quid facies? an non vides mani-
festè, nihil uspiam superesse refugij?

M 2

bit.

DEVS Iudex iustus, fortis, & patiens.
Ps. 7. 17. & sic neque decipere illum-
potes, nec corrumpere, ne effugere,
nec mitigate iram, quæ idcirco ita
Agni dicitur, ut constet nulla illam
perturbatione commoveri. Abscon-
date nos ab irâ Agni. Apoc. 6. 26.

3. Considera, ut agnoscas hunc
Iudicem verâ ratione procedere, non
laturum damnationis sententiam, nisi
prius locum dederit defensioni. Ita
que, cum quesierit, quid respondebis il-
li? ille quidem optimè perfecta ha-
bet, quæ fecisti. Omnia vidit, omnia
audivit, omnibus ipse testis interfuit.
Nihilominus sigillatum vult investiga-
re res tuas, perinde si nihil sciret, in-
terrogare, audire (quid amplius dici
possit?) disceptare tecum. Congre-
gabo omnes gentes, & deducâ eas in val-
lem Josaphat, & disceptabo cum eis.
Joel. 3. 2. Itaque cum quesierit, quid
respondebis? Necesse est vel negare
crimen, vel excusare. Primum non
habet locum, quia hic non agitur, nisi
de culpis liquidis & certis. Restat i-
gitur, ut excuses. At quo modo?
Duo tantum sunt capita, si bene per-
pendas, ad quæ reduci possit exculatio-
na. Ignorantia, quæ te induxit
ad peccandum, aut fragilitas. An
ignorantiam prætendes, qui patentes
in medio orbis Christiani: tot inter
dogmata scripturæ, documenta San-
ctorum, exempla virtutum, quæ vélut
toridem luminosæ faces te circum-
stant. Verum equidem est, te sponte
occlusisse oculos, ne videbas. Sed hoc
ipsum est, quod te amplius condemna-

bit. *Hoc est antem iudicium*, inquit Dominus, *quia lux venit in mundum*, & *dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Jo. 3. 19. Erit igitur alleganda fragilitas: at quomodo, si illa fuit voluntaria & fuili fragilis, ita est, sed cur? quia voluisti esse fragilis, nec usurasti opportuna remedia, quæ ad restaurandas vires tibi Dominus concepit. Tempore tentationis ad ejus patrocinium non recurrebas, sacrae Confessionis & Communionis frequentiam non curabas, malas occasiones, ut poteras, non declinabas. Eritne igitur excusabilis, si cecidit, qui juveni noluit, qui adminiculum neglexit, qui præcipito se commisit? non erit, qui vel hiscere audeat, ne deterior redatur causa. *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Ps. 106. 42.

4. Considera, si, concessu perbenignè defensionis loco, non habetas in favorem tuum, quod respondeas, hinc infallibiliter inferri aliud superesse nihil quam æternæ damnationis sententiam. Itaque ne graveris denuo co-

gitare, quid facies si nescis, quid facias, cum surrexerit ad iudicandum Deus, scis, quid facies, cum federis ad damnandum. Converti poteris ad mortes, & rogare, ut cadentes ruinâ te solvant, ad marimora, ut te conterant, ad molares, ut te comminuant, ad vaginas terræ, ut aperto hiatu te absorbeant. Sed quid proderit? non enim tempus supplicationis, ut prius, sed supplicij. *Indutus est Dominus vestimentis ultionis.* Is. 39. 17. Quid igitur te fieri, si ejus ore, qui quondam Advocatus erat tam benevolus, audire addici flammis infernalibus? si tu, qui fert sententiam, homo forer extraneus, alienus, aversus, excipere licet & obiecere crudelitatem. Sed est Advocatus, qui in Cruce omnem pro te sanguinem profudit. Et qui deinde ad dextram Patris aliud non regit, quam ut pro te rogareret, pro te peroraret, & modis omnibus studere cœlo te inferre. Non potest ejus sententia non esse irrefragabilis, si ad inferorum supplicia te condemnauerit.

IV.

*Miche: 6
Humilitatio sua in medio sui. Of. 14.*

1. Considera, ut copiosam invenias materiam te humiliandi, opus non esse foras evagari, tantummodo intra te ipsum illam quare: *Humilitatio sua in medio sui.* Si te fortis species, facile contingit superbire, quia forte videbis te decorè vestitum, fulgentem ostro, fulgurantem auro; videbis col-

locatum in gradu dignitatis, aulicis obsequijs, & populari plausu honoratum, estimatum. Sed non ita, si bene intraspicias te ipsum: *in inmediato suis.* Satis est, si haec tria crebro cogites, quis fueris, quis sis, & quis futurus sis. harum considerationum qualibet sufficiet ad deprimentium fastum. Unde vides